



17. mensis Teguz decimi ægyptiorum 9. horis, & tertia diei transactis. Viditq; Solem in 1. gr. Cancrī minus 10. unius. Lunam in 29. gr. Leonis sine diuersitate aspectus, ergo distantia uisi loci Lunæ à uero Solis fuit 48. gr. 6. m. Nouem aut horæ temporales, & tertia unius tūc fuerūt post meridiē 4. horis æqualibus. Interuallū igitur à principio Nabucho. fuit 620. anni ægyptij 286. dies 4. horæ temporis differentis, sed mediocris horæ tres, & duæ tertiæ unius, p hoc Solis cursus medius numeratus est 12. gr. 5. m. Cancrī, uerus 10. gr. m. 40. Locus Lunæ medius 27. gr. 20. m Leonis. Di-  
stantia itaq; mediū Lunæ à uero Solis fuit 46. gr. 40. m. & longitudo Lunæ ab auge media epicycli 333. gr. 13. m.



¶ Describatur ergo secundū hæc eccentricus Lunæ a, b, g. super centro d. & diametro a, d, g. in quo centrū terræ sit e. & epicyclus z, h, t. sup cen-  
tro b. ductis lineis d, b. & e, t. b, z. Longitudo uero mediū Lunæ à medio So-  
lis duplicata fecit 90. gr. 30. m. tantus erit angulus a, e, b. ducaturq; d, k. per-  
pendicularis super b, e. angulus residuus de duobus rectis, scilicet d, e, k.  
notus erit, ex hoc proportiones e, d. ad lineas d, k. & k, e. notæ fient, ergo in  
partibus quibus d, e. est 10 & 19. m. notæ fient ipsæ lineæ, & in eis d, b. semi-  
diameter eccentrici iam fuit 49. partium, 41. m. ex his nota fiet b, e. Et quia  
distantia ueri loci Lunæ à uero Solis p considerationē fuit 48. gr. 6. m. sed  
distantia loci Lunæ mediū à uero Solis p numerationē fuit 46. partium, 40.  
m. ergo uerus motus maior est medio in 1. gr. 26. m. Sed lineæ e, b. est mediū  
motus, ideo sit angulus b, e, h. 1. gr. 26. m. erit h. prope auge epicycli,  
locus Lunæ in epicyclo. Ductis itaq; b, h. & lineæ b, l. perpendiculari sup e,  
h. nota erit pportio e, b. ad b, l. Sed & nota fuit e, b. ad b, h. quare b, h. ad  
b, l. proportio nota, ideo angulus b, h, l. notus. Sed extrinsecus z, b, h. æqua-  
lis est duobus b, h, l. & b, e, l. ideo notus, ideo arcus z, h. scilicet distantia Lu-  
næ ab auge uera epicycli nota, & fuit 14. gr. 43. m. Sed d. distantia Lunæ ab  
auge epicycli media fuit cōtra motū in epicyclo 26. gr. 48. m. scilicet residuū  
ultra 333. gr. 12. m. Sit itaq; m. aux epicycli media, fiet m, z. scilicet distātia  
augis mediæ à uera 2. gr. 5. m. Ducta aut e, s. ppendiculari sup b, n. ex an-  
gulo e, b, s. noto, nota fiet proportio b, e. a, e. e, s. Item ex angulo e, b, s. &  
extrinsecō a, e, b. notus erit alter intrinsecus e, n, s. quare n, e. ad e, s. ppor-  
tio nota fiet, igitur b, e. ad e, n. pportio data, & ita reperta est e, n. 10. partium  
20. m. qualiū e, a. est 60. quare uerū ostensum est, qd centrū mundi mediet  
per æquidistantiā inter centrū ecētrici & punctū extremū, qd diameter epi-  
cycli transiens per longitudinē longiorem & propiorem epicycli respicit.

## PROPOSITIO IX.

Data elongatione centri epicycli ab auge eccentrici, quan-  
tus sit arcus epicycli inter utramq; eius auge m comperire.



¶ Sit in figura præcedenti angulus a, e, b. datus, quærimus ex hoc arcu  
epicycli m, z. ductis d, k. & n, s. perpendicularibus super e, b. propter datū  
angulum, erit angulus d, e, k. notus, ideo pportio d, e. ad e, k. & k, d. nota-  
fic ex b. & d, k. nota erit b, k, a. quæ ablata k, s. quæ est dupla k, e. nota erit  
b, s. Sed s, n. æqualis est d, k. ideo ex b, s. & s, n. nota fiet b, n. Ideoq; angu-  
lus n, b, s. notus, cui opponitur arcus m, z. quæsitus. Fiac uia facta est equatio  
centri in Luna, p cuius additionē ad argumentū mediū; dū centrū epicycli  
fuerit in medietate ecētrici a, b, g. aut eius subtractionē ab eadē in altera medi-  
etate cōsurgit distātia Lunæ ab auge uera epicycli, q uocat argumentū uerū.

Propositio